



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Mercurius. Oratio, vel eloquentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

significat in eo præsertim cui delicti pœna condonata est. Ajunt enim Prometheus, ob ignem dii surreptum, & cum mortalibus communicatum, ab Jove Caucasii montis rupi ferrea catena alligatum fuisse; & paulo post ab eodem ejus misero solutum, in hujus beneficii memoriam unum ex illis tenentis annulis cum saxi portione ex rupe sumpta, digito alligasse, indeque post annulorum & lapillarum jungendorum morem emanasse: quo fit ut etiam solus ferreus annulus, quo diu Romani sunt, id possit significare.

Annulorum origo.

DELICTI POENA, VEL ULTIO
DIVINA. CAP. XVIII.

Idem Prometheus rupi alligatus, pœnam delicti divinamque ultionem imminere denotat, vel justum judicium esse, & calamitatem flagelli loco divinitus immisissam, quemadmodum ipse Prometheus divino judicio ob ignem cœlitibus furto ablatum, turi alligatus traditur.

MERCURIUS.
ORATIO, VEL ELOQUENTIA. CAP. XIX.

Horat. i. Carmin. Mercuri. Cuius qui se vos culeos voce formasti. Mercurii varia hystorographica, Odyssa vers. 122. Nam & mantis potans. Mercurius, a quoque Stella ad Apolliniam nomen refertur. Macrobi. Sat. i. e. 19. De Mercurii sermonis efficacia auctor Pter. l. 23 ibi efficitur sermo. Hinc dicitur Beati. ves. valde utilis Odyssa. l. 8.

Mercurius orationis vim interpretandi; virtutem & eloquentiam significat, ut pote Deorum nuncius atque interpres, unde Virgilius dixit:

Interpres divum cœlo demissus ab alto.

Fingitur autem protensus atque erectus, propter orationis vim, alas in capite & pedibus habens, ut significet volucrum per aëra ferri seminem: nam & Homerus *ἄλ' ἄν' ἰσθμῶν*, hoc est, *alata verba appellavit.*

VELOCIOR SENSUS, VEL INTELLIGENTIA AGENS. CAP. XX.

Amianus Marcellinus scribit, Julianum Cæsarem media nocte, ut Mercurio supplicaret exurgere solitum, quo menti suæ lumina præferret, quia Mercurium velociorem in mundo sensum esse motus mentium excitantem, quem vulgo Intellectum agentem vocant, ex Philosophorum arcanis acceperat. Ex quo colligimus in facris per Mercurium, intellectum agentem, & celeritatem sensuumque motum significatum fuisse.

FIRMITAS ET GRAVITAS ORATIONIS. CAP. XXI.

Cum autem orationem, gravem, firmam solidamque esse debere indicare volebant, Mercurium in quadam basi sine pedibus pingebant, quod veri sermonis firmitatem ac robur indicabat: tum etiam, quia sermo sine manuum vel pedum adjumento suo fungitur officio.

MERCATOR, VEL MERCATURA ET LUCRUM. CAP. XXII.

Per eandem quoque Mercurii imaginem, quæ marsupium manu teneret, galli ad ejus b. sim ponentes, lucrum, mercaturam, mercatoremve significarunt: quod is mercium & lucri Deus habetur: quia sermonis ope omnia mercimonia & contractus fiunt. Gallum vero idcirco illi apponunt vigilantiae symbolum, ut indicaret mercatores decere vigilantes esse, nec totas somno tribuere noctes.

FUR ET FALLAX. CAP. XXIII.

Fur quoque & furandi ars, atque fallacia, Mercurii Apollini Boves furantis imagine significatur, quod illum ejus artis & fallaciarum ac doli fraudisque inventorem Poetæ tradiderunt, unde & illi